

Ann. V.

Num. XXIII.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

VARSAVIAE POLONORUM

Rakowskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

LONDON W.

28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS

AMERICAE SEPTEMTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis. Apost et S. Rituum Congr. Typogr.

NEW YORK

52, Barclay Street.

CINCINNATI

436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis Apost et S. Rituum Congr.

Typogr.

RATISBONAE in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL

1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

VENEZUELANA ET COLUMBIANA BELLA CIVILIA	P. Rossani.
DE MARIA KONOPNICKA POLONORUM POETRIA	H.D.V. Pieralice.
DE LATINA ELOQUENTIA IN ARCHIGYMNASIO TAURINENSI	Subalpinus.
HORAE SUBSECIVAE. Expositio clauditur artis recentioris ornatus Augustae Taurinorum an. MDCCCCII	I. B. F.
« REPOTIA »	M. Belli.
DE GERMANORUM ATHENAEIS	R. W.
LUCAE DELLA ROBBIA FICTILES ALIAE SCULPTURAЕ	Laelius.
De « SYMBOLISMO »	Senior.
FABULAE SELECTAE FONTANII a IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE	Fr. Xav. Reuss.
NUNDINAE NIZNI-NOVOGARDIENSES	A. Vieillot.
ANNALES	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
LIBRORUM RECENSIO	P. Angelini.
AENIGMATA	Fr. Palata.

In secunda operculi pagina:

COMMENTARII « VOX URBIS » SOCIIS ET LECTORIBUS IN AN. MDCCCCII.

In tertia operculi pagina:

PER ORBEM Viator.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M CMII

COMMENTARII "VOX URBIS", SOCIIS ET LECTORIBUS

IN ANN. MDCCCCIII

BONO ortus alite quintum Commentarius noster ab initio suo annum exigit. Qui euras, qui labores nostros assidue contulimus ut omnia recte, quantum fieri posset humanis, caderent, qui lustro integrum in illud unum conati sumus ut bene de optimis litteris et artibus mereremur, qui nihil inausum, nihil intentatum liquimus ut sociis possemus gerere morem, hoc assequuti sumus, quod Commentarius hic sua mole stet, proprioque vultu gaudeat, et sua dignitate incundus inter ceteros huiusmodi non sine praeconio ubique iam orbis terrarum habeatur.

Quae nonnulli timebant, evanuerunt adversa; quae nonnulli, qui in speculis erant, male censura sperabant, prospera advenierunt; quae e sociis nostris nonnulli, qui sapientes in sustentandum primo, deinde in amplificandum opus egregium, vires, consilia, elucubrations suas attulerunt, quae, inquam, hi sibi nobisque optabant, quintum hoc iam lustrum implevit. Quae denique primo apparebant hispida difficultatis, ardua impensis, aspera invidiis, quibus malevoli audebant

..... spargere voces
In volgum ambiguas,
suisque artibus confisi, nobis
Fatum crudele caneabant,
haec omnia vicit
mens conscientia recti,

et in semel susceptis propositi tenax constantia, et gratia, et benevolentia et collata auxilia sociorum, quibus gratum ac suave fuit elucubrations mittere, indicare plurima, et ea dare nomina, quibus nostri Commentarii paginae, quasi totidem sideribus, pulcherrime rutilarent.

Ita ad praesentes usque limites iter emensem; iamque finem attigimus in quem tendebamus, iamque illa, in quaem conabamur, tenemus. Qui suos nostris inseruere labores hoc probe sciunt; qui ceteri noscere cupiant, intueantur, queso, quantus latinitatis amor, Commentario nostro faciente, ubique flagrarit; quanta aemulatione praeclara ubique arserint ingenia; quot nobis esse voluerint, ita ut sermo latinus primum revertatur in aurum vivus et valens, passimque censeatur qui possit unus veluti lingua communis haberi, non unice in more eruditis, et ad omnia proelvis et cereus, quae nostris hisce temporibus inventa sunt. Quae quidem explicanda curavimus, ut nova, novis interdum vocibus eusis, prout res flagitabat, aureos iuxta auctores vel exprimerentur, vel iuxta eorum vestigia et ritum componerentur. Non enim latina tantummodo verba latinitatem constituant, sed intimus animus, et mens, et spiritus afflans omnia iugi studio, sedula diligentia comparatus; nec latinus ille habendus est qui hodiernas res et voces latinis vocibus interpretatus fuerit, sed qui antea res animo latino conceperit, verbis mentem postea sponte sequentibus.

Quamobrem, nullam arbitrii sumus rapinam si ea, quae filiorum sunt, in maternum linguam decus divitiasque inseruerimus; nostra enim sunt haereditario iure quae latina fuerunt; et ideo pio iure in maiorum honorem deferenda, quae nostra aetate acciderunt. Fons rivulo dedit undam purissimam; nos urnam aliquam et

amphoram a rivulo haurientes pii fonti redidimus.

Et quidem nos ita recte fecisse quoties non ab inquinato et lutulento flumine alieno, sed a nostro pellucido et candide latino deprompsimus, illi testantur qui nostra prosequuntur sunt favore, benevolentia, quin et plausu nobis gratissimo. Qui profecto ubique terrarum degentes magnum de nostro opere circa latinitatis cultum protulere iudicium, cum binae quaestiones in litteraria republica nuper excitatae ad nos devenerunt, atque ita resolutae sunt, prout argumenta et vota nostra ferebant. Prior et princeps illa fuit de recte pronuntiatione latina, in quam tres continentis inebuimus annos, et quae penitus in gratiam Romanae pronuntiationis ita cessit, ut nunc de instituenda *occumenica* Academia hic agatur (1) ad quam undique convenient, qui recte latine dicere velint, nihil hiuleum, nihil pressum, nihil hians interserentes, nihil auferentes, nihil opprimentes, nihil mutantes, nihil addentes, conscriptis; quinimo, idque mira felicitate actum est, ratio quaedam scribendi latinos libros apud exteris civitates omnes perspepta est, qua singuli et facile calleant, et latinum Romano sono prouincient.

Altera quaestio fuit de constituenda societate latine loquentium (2), et haec oculis priori, antequam leges quibus coalesceret vigeretque, seriberentur, factis haberi coepit, et servare leges et frequentari inter socios Commentarii huius, qui certatim in rem inebuere scriptis et verbo.

Haec duo praeclara et inundissima nobis absoluta sunt anno delabente, quibus non modo eretti sunt animi nostri, sed et stimuli quidam additi, magis ad meliora quaerenda, quam ad ea, quae haetenus prosequuti sumus tenenda; perseverare enim in bonis laudabile est, at in meliora semper nisi, optimum dueimus. Quod igitur bonum est in melius, quo possumus Marte, mutabimus; melius in optimum adducere, attollere.... Optimum quidem nequaquam est in humanis; minimis tamen urgeri, prout sufficerint vires, curabimus; assequemur hoc autem desiderii dietisque audientes sociorum.

Quae duo ita sunt nobis expressa, ut alterum generalem cultum, historicum paene dixerim, respiciat, alterum vero ad peculiarem cultum nostrorum temporum pertineat; tales nam sumus, qui a nostra aetate non discordes esse velimus. Quod ad primum spectat, dabimus nonnulla excerpta a summis auctoribus latine conscripta proximis saeculis, quae vel parum nota sint, vel omnino ignorata (nempe e manuscriptis illa depromemus), nitida latinitate dulcia, historicas res, artes, litteras, singularia, oblitera penitus quae respiciant; dabimus insuper philologicas de latina lingua notas, commentaria, emendationes, criticum quid, vocem vires et efficaciam, et nativam significationem, et commutationes quae usu invaluerint. Insuper singularares commentarii numeros evulgabimus, quibus digna viris

Quos aluit Pallas, quos Iuppiter aequus amarit,

laus exstet, quibus recordatio conseceretur aeterna factis gestisque celeberrimis.

(1) Cfr. an. V. n. XXI.

(2) Cfr. an. V. n. XVIII.

Primus huiusmodi numeros inenunte anno, die prima mensis Ianuarii, edetur, dedicatus Leonini XIII, qui cum Petro tertius XXV Pontificatus annum agit, cuius doctrinam, prudentiam omnes passim laudibus celebrant, quem aureae latinitatis cultorem et soluta oratione et versu principem omnes ore uno salutant. Ut autem huiusmodi commentariorum numeris magna Commentarii nostri notitia pererebrescat, quam maximam copiam praelo dabimus, ut sociis nostris ad manus sint, eosque amicis legendos tradant, constituto pro decem numeris pretio Libellae unius (Doll. 1/4, Mark 1, Rubl. 1/2, Coron. 1); eos autem omni impedio immunes accipient in diribitorio epistolarum, seu propria in domo, prout indicabunt.

Hinc quisque e sociis et lectoribus noscet quanti existimationem, et gratiam, et benevolentiam eorum faciamus, ut nobis et Commentario nostro se exhibeant quales haetenus exstitere. Prospectus autem subnotationis commentario huius, pro integro anno MDCCCCIII, talibus condicionibus et foedere habeatur:

Qui recto tramite ad Aristidem Leonori equitem (Roma, *Via Alessandrina*, 87) hand extra ultimum Ianuarii mens. diem, an. MDCCCCIII pretium annuae subnotationis miserit (in Italia Libell. 10 ubique extra Italianam Libell. 15; Mark. 12; Dollar. 3; Rubl. 6; Flor. 7 1/2; Coron. 15), praeter Commentarium, accipiet ad libum:

a) Librum (vulgo « Album ») praecipua Urbis referentem, pulchritudine insignem, Commentarii moderatore ibiente expresse adstratum; *sive*

b) Urbis e Ianieulo monte prospectum (tabulam aere eiusam metr. 1,10. × 0,24); *sive*

c) Collectionem chartularum electissimorum, quae distinctae coloribus plurima de Roma, iuxta optimarum artium placita, referunt.

Qui praeterea noros dabit socios eliget insuper

a) Libros de disciplinis omnibus, de bonis litteris, de ecclesiasticis rebus, quocumque e bibliopolarum catalogo, usque ad dimidium subnotationis annuae sua, id est in Italia ad Libell. 5, extra Italianam, ubique, ad Libell. 7,50 Mark. 6; Sch. 6; Doll. 1 1/2; Rubl. 3; Flor. 3 1/2; Coron. 7 1/2. Ipse electos libros describat, et nobis signifiet; gratis mittentur, excepto impendo diribitorio Reipublicae debito; *sive*

b) E picturis Urbis grandes duas photographie redditas, prout voluerit, et significaverit; usque, cœu supra, ad dimidium annuae subnotationis.

c) Si potius cupierit, dimidiae subnotationis pretium ei remittetur, qua pecunia dimiserit.

Hac ultima conditione (c) modus datur sociis, quo si binos dederint socios novos, ipsi gratis Commentario fruantur; sin, possint amico faveare Commentarium dimidiato pretio præbentes.

Notatum vero plane volumus nos nova omnino sociorum nomina expectare tradenda; non enim socios novos umquam existimabimus eos, qui nomen suum olim nobis dederunt.

Denique hortamur quotquot adhuc in remittendo pretio subnotationis annuae praeteritae vel... claudicant, vel... chiragra laborant, ut integrum quantocius mittant, nisi velint imminente anno penitus Commentario carere.

IAMDIU de Ven
bello mention
et vicissitudines qu
pacem denique in
paueos post dies in
coargunt. Quid i
rerum notitiis ince
pro certo habentes
orti nativum inge
vum industriumqu
in dies exercere
conteri malle, atqu
Liceat heie hod
tum repetentibus,

Gusmanius Bla
foederatae reipub
praefuit, ut multa
bella civilia, erro
sive privatos, rem
tam, atque finitim
vero, eo demortuo
ceps obtinueret ad
tum visi sunt sibi
omnem corruptelam
tum, dummodo ips
tem et imperium in
certatum usurparent

Facilem descensu
dux, integer virtut
quot annos suspend
imperii exstitere pe
rerum effecerunt.

Iam denique an
Castro seditionorum
oboediunt, varia fort
in Andrade dueem
que reipublicae imp
inde triumphus ei
quam redeunti Caes
supremus magistratu
seditione coacta ign
Capaio in oppido in
atque ditiores cives
abduxit.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PREMIUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

VENEZUELANA ET COLUMBIANA BELLA CIVILIA.

IAMDIU de Venezuelano et Columbiano civili bello mentionem passim in diariis videmus, et vicissitudines quotidie varias, victorias, caedes, pacem denique instauratam significari, quam paukos post dies recentissimi nuntii mendaciae coarguunt. Quid igitur? In locorum, hominum, rerum notitiis incerti haeremus, id unum tamen pro certo habentes, populos qui latino sanguine orti nativum ingenium promptum, alacere, natum industriumque ad cultum et humanitatem in dies exercere deberent, id partium studio conteri malle, atque in ultimam ruinam adduci.

Liceat heic hodie, utriusque reipublicae statum repetentibus, tantam iacturam complorare.

Gusmanius Blanco imperator Venezuelanae foederatae reipublicae sexdecim per annos ita praeftuit, ut multas post seditiones, multaque bella civilia, erroresque multos sive publicos sive privatos, rempublicam tandem domi quietam, atque finitimis verendam constituerit. Qui vero, eo demortuo, summum magistratum deinceps obtinuere ad nostros usque dies, illud tantum visi sunt sibi proposuisse consilium, ut omnem corruptelam foverent omnemque peculatum, dummodo ipsi fautoresque sui auctoratum et imperium retinerent, publicumque aes certatim usurparent.

Facilem descensum atque fatalem vix Crespo dux, integer virtute atque constantia vir, aliquot annos suspendit; at qui haeredes deinde imperii exstitere peiores in dies condicionem rerum effecerunt.

Iam denique annus est ex quo Lucianus Castro seditiosorum copias, qui Matos duei oboediunt, varia fortuna pugnat; iamque prius in Andrade ducem impetum fecerat, hostemque reipublicae imperium appetentem fuderat; inde triumphus ei comparatus, non aliter quam redeunti Caesari ex Galliis, collatusque supremus magistratus. At revera ipse vicissim seditione coacta ignotos natales redemerat, cum Capaio in oppido iuvenis admodum optimates atque ditiores cives in suam partem post sese abduxit.

Exstulit tune ille vexillum seditionis clams Caracas contra urbem esse proficiscendum, atque eius post vestigia brevi civitas universa eucurrit. Verum adeptus vix rempublicam spes omnes et sponsiones, quas ille mentitus fuerat, brevi aetate moribus innovatis delevit. Insistens enim decessorum ipse quoque vestigiis nil aliud intendisse est visus quam publicam passim pecuniam quovis pacto diripere. Eius assediae, qui ab El Tachira provincia eum sequenti fuerant, eadem vivendi ratione tamdiu usi sunt, ut populares novam seditionem in praesidem infidelem paraverint.

Rem in primordiis incertam ob perduellum varias accumulationes roboravit extemplo Matos dux, qui principatum seditionis mira arte sibi conciliaverat; atque Castro praesidi viro strenuo quidem, at militari quadam barbarie passim ineusto, opposuit excultum ingenium, atque miram urbanitatem variis sermonibus nostris eloqui peritam.

Inde non Venezuelani tantum cives, sed peregrini quoque, qui in Venezuelana terra advenae morantur, incoepit eius plerumque favent. Quapropter, etsi ille non sine virtute multiplicies iam perduellum exercitus varia per loca aut fuderit aut repulerit, adeo tamen multi adeoque constantes illi redintegrant bellum, ut brevi occupatum ab iis iri rempublicam rei civilis periti saepe praedixerint.

At, tune ferme, ni fallimur, quae satis mala iam rerum condicio vertit, pessima fiet; aemulos enim optantes tunc magistratum quis enumeret? Sunt et qui Crespo ducis partem sequuntur; est etiam Hernandez, qui Castro ipsi a secretis fuit, est alias imperator Rolandus (heu in minimo exercitu quot imperatores!), est denique Munoz Tebar quidam ignotus haec tenus vir, cui quoque praenunciant committendam esse rempublicam ea saltem ratione, quod, in tanta rerum everione, nulli parti vir bonus hueusque faverit!

At summa rerum non dissimili ratione etiam in finitima Columbiana republica latino sanguine nata, geri videtur. Uribe enim et Castillo perduellum duces Clessana urbem oppugnant,

neque seditionem iam ab anno quarto inceptam quisquam haec tenus perdomuit.

Cuius seditionis causae eaedem prorsus heic quoque repetendae, reipublicae pessima procuratio, ambitio, cupiditatesque omnes nullo remoratae metu. In Marroquinum praesidem illi, qui a libertatis factione se appellant, insurrexere. Palonegro ad locum perduellum copias omnino fusas esse credimus post pugnam, ad diem septimum usque productam; at suas ipsi vires ita brevi restituerunt ut reipublicae coiis non sine fortuna heic vel illie obsistant. Attamen Herrera dux Salazario, Panamensis provinciae praefecto, pacis condiciones recens obtulit, ut bellum inane tandem aliquando perficiatur. Sed rei causa forte non tam a fractis eius viribus repetenda est, quam ab Americanorum ex foederata nordica republica adventu. Illi enim, ut foederi anno MDCCXLVI ieto de itinere per Panama fretum commerciis et vaporitrahis tuendo prospicerent, belli causa naves misere militesque suos circa viam ferreis stratam axibus deduxerunt. Colon itaque et Panama ad urbes peregrinas copias cives castra ponere viderunt, non sine gravi moero, ita ut Mac Leanio, Americanorum navibus praefecto, Salazar ille praeses provinciae obtestatus sit auxilio hoc non petito sibi opus non esse, ut tutam mercibus viam ipse custodiret.

Obtestationem vero nullius ponderis fecisse nordicus ille dux visus est, qui non modo suos milites non revocavit, sed varia loca ita occupavit, ut palam fieret sese a Columbiana terra non discessurum quoadusque non redintegraretur pax. Qua denique mentita cautionis sub specie, qui fortiores sunt tertio loco venientes duas inter partes contendentes, ut assolet, omnem bellum fructum colligent; dumque alitur bellum in infinitum, ipsi opportuna oppida ita capient, ut, veluti Angli quondam in Aegyptiano imperio fecerunt, viam illam tutissimam, per quam fovea duos inter Oceanos proxime hiabit, in suam ditionem quasi sponte constituant.

Hisce itaque discordiis apud Americanos Ibericum nomen et Latinum semen pessum datur ...

P. ROSSANI.

DE MARIA KONOPNICKA
POLONORUM POETRIA

« Per deserta camporum, per arenosa solitudinem et per aestuantia camporum transiens, ego fraternae caritatis et mutuae dilectionis semen tem iacio, debilibus et humilibus profuturam. Manusementem pacis effundo, sementem quietis, quae germinet in cordibus humilium, in mentibus hominum, quos mundi superbia vel despicit, vel non eurat; in quovis enim egeno hominem intueor, fratrem agnoso. Effundo animam meam in labore, effundo sanguinem; atque utinam hasce glebas, quasi vernus turbo, concenterem, ut eras germinans ederet suo dignos nomine viros, patrio dignas nomine gentes! ». Eequid hic sentit vates, in quo ineffabile Vergilianum illud solemne et moestum carmen sonat, cui propheticum aliquid e Sacris Libris, cui Evangeliae Parabolae recordatio amica succedit?... O si poetae nostrorum temporum corda et animos temperarent suos assidui paginis, quas poetae vel maximi numquam et nusquam aequarunt, quibus tamen acerrimi dum studuerunt sublimem attigerunt apicem ubi grandia professi sunt; flexanima et suavissima, si mitioribus inservierint affectibus, sunt assequunti!....

Non vates homo, non vir ista edidit, quae a Polono carmine interpretati sumus, quaeque, dum interpretarunt, nativam vim, et dulcisonam suaviloquentiam perdiderunt. Haec interpretationibus est necessitas. Non vates, inquam, non vir illa tulit, sed mulier, sed poetria Polonorum nobilissima, cui mens Dei conseia, cui eorū caritatis virtute flagrans; excelsa docet, et optima monet utraque virtus, et quasi duabus aliis inter caelum terramque ferunt vaticinatam, modo sublimiorem nubibus et pulestro ferientem sidera vertice, modo terris proximam, miseros gementesque consolaturam. At si in sublime feratur, quasi vota lacrimasque dolorum propior et coram Superis constitutura volaverit, regionis, unde surrexit, aeternum memor habetur; si per tuguria, per casas coram infimo, coram famelico, coram emorientibus versetur, appareat quasi confortans Angelus, quasi Angelus, cui Saneta Spes omnia ad solatum lugentium sua areana concessit.

Talis Konopnicka haec ab initio fuit, talem ad nostram usque aetatem se praebuit, talem sui semper agnoverunt, talem admirati sunt exteri, talem et nos heic laudamus. Maternum gerens animum aetatis nostrae et populi sui mala quaeque patentia promit, ut, inde, quasi pugnaculo secreta omnia rimans, quae sit malorum causa in venis reperiatur, repertam vero repostamque eruat, evellat, coram exponat: facilis enim curatio, semel cognito morbo, inquit Crous Hippocrates. At quanta pietas dum eruit, quanta commiseratio dum evellit, et quanta gravitas in virginali, prope dicam, illa verecundia, qua malum latens et sentis et noscis, vel dum illa pudibunda non dicit, ac tamen, in eo ipso quo non dixit, ita semet et sententiam suam expressit, ut vulnus uleusque non tam conspicias, quam ferme experiaris, et iam tecum nihil agites, nisi de remedio quantoeyus inducendo!

Quem quidem et intelligendi, et sentiendi, et exponendi modum partim temporibus tribuo,

quibus pueritiam et primam adolescentiam egit: - anno enim MDCCXLVI nata est, - partim aureae indoli et animo delicatissimo adseribo. Civilibus sanguinolenta discordiis, terebatur ob illam praeliorum seriem, quibus Taurica Chersonesus omnis, quibus Euxini maris ferme omnia litora humano rorata sanguine sunt, terebatur aetas decennis puellulae, cuius ad aures nihil praeter occisiones, incendia, clades, ruinae perstrepebant quotidie. Hinc innocentia animulae, irarum ignarae, odiorum rudi, et inexperti penitus, iam ab inde interrogatio assurgebat, cui tune fortasse inconditis vocibus respondebat animus, postea versu obmurmurante suavius expressit: - « Ecce homines in homines saeviunt? Quaenam et undenam tanti causa furoris? Ecqua est haec abyssus, qua dividuntur in oppressores et oppressos mortales? Cur Oceano latior patet hiatu, voragine quavis profundior ac tenebrescens, et inelementior nleere quavis insanabilis? Ecce hiat a saeculis; nec humanus quotidie sanguis effusus, nec lacrymarum flumen, nec miriades mille cadaverum, nec sexcentarum urbium immensurabiles ruinae, nec virtus, nec seclusus, nec preces, nec blasphemia, nec amor, nec odium, nec sacrificium, nec proditio haetenus impleverunt! Tot saeculis illie miserrime perierunt animae eximiae, corda magnanima, miriades miriadum, quotquot exstiterunt ab herbula ad cedrum, a musea ad aquilam, a mure ad leonem. Hiat, hiat adhuc famelica, insatiabilis abyssus, coram nobis, iuxta pedes nostros aterraria tenebris, et sine more profunda. Frustra in hanc proiecere sapiens fraternitatis praecepta, bonus exempla virtutum, sophus inventa sapientiae, pauper labores, heros gloria, genius potentiam, vita suam vim, sua monita, experientiam suam, sua desideria spiritus, tradiciones et historias populi suas. Hiat, hiat... Ah! Ecce Deus; et fulmineum fulguransque Verbum suum in voraginem proicit... Heu! hiat adhuc, hiat ad vituperium humani generis, hiat omnia negans in bonum posse converti ». Attamen, horrenda post haec, animo praesaga bonorum et praesciens meliores aetates: - « Tempus erit, - inquit, - quo frater iacenti suam porrigit manum, et eum aegro sanus, cum debili fortis una procedent ». Queritur interdum quia « circa se luctus et gemitus et suspiria flentium audit ipsa, nata dum Terra senescit in peius, dum sepulchra murmurant fletu infantium, qui descendunt illuc inviti, dum clamores parentum frustra revocant...; heu! nuntii, qui maioribus demortuis dira, quae nunc terra subit, annunciantur!... At eur quercus omnes regionis meae uno fulminum turbinumque incursu non omnes una nocte perierunt? Sensim sine sensu, immo magno eum sensu continentis doloris, singulis decadentibus, frondibus orbatae sunt, et nunc nudae exstant divulsae solo, iacentes humi silentibus morte campis ». - « O Sancti Viri, qui laudatis Deum creantem pauperes ut ad manus habeatis exercitum divini muneris, misericordiae, eecur dum advesperasit et caeca fit nox, orphanulae famelicae et erubescenti quae tremebundam aperiens dexteram trementi voce accedens stipem ad emendum panem preecat, respondetis: mors tibi opem ferat? ». Sed mediis hisce ab doloribus, ubi de virtute singulorum restauranda, de semovendis

odio, cupidinibus, divitiis, deliciis omnino ait: - « Credo, - inquit, - credo lucis potentiam; credo intellectus victorian; credo metam adesse vitae; credo scopum arduum, sublimem, dignum humana nobilitate; credo in fraternitatem charitatemque populorum; credo in bonum, in veritatem, quibus expelletur culpa, abgetur crimen, obteretur mendacium; credo in institiam imperium totius orbis terrarum tandem aliquando obtenturam ».

Haec ista poetria pulcherrime, cui nec de aquis, nec de sylvis, nec de inanibus carmina cordi fuerint; sed quae educarent, monerent, in melius agerent suos unice dilexit, et edidit. Hinc pro pueris vagis, miserrimis poemation fecit *Absque tecto!*; pro familiis extrema inopia in subterraneis, in speluncis vitam quasi in vestibulo sepulchri longa sub morte trahentibus, poemation condidit *In subterraneo cubili*; pro seduetis et relictis *Eiquid ager?*; pro pueris in viam seculorum missis, et eorum iudice raptis *Coram tribunalibus*; pro operariis, qui in eaupona disperdunt lusu et ebrietate, quod satis esset filiis uxoriisque sine pane relictis, *Vesper sabbathi*. Et magna morum inde conversio. Qua de re earissima exstitit ac exstat suis: ac proinde superioribus hisce diebus, Cracoviae, Limburghii summis excepta honoribus est, passim plausu multitudinis immensae adducta in municipiis aulas, donis ornata vel pretiosissimis, floribus, diplomate, publicoque convivio. Nec tantummodo nobiles ita de Konopnicka senserunt, sed et apertius, et candidius idem ruricolae, quippe rustici animum vehementius exprimit suum: « rusticus », quis dixerit; sed veri magis et certi, sed magis fideles. Singula quaeque de festis diaria retulere; nobis potius quam acta festorum placuit meritorum causam et poetriae famam aeternae consecrare memoriae. Verumtamen una cum laudata poetria Polona, Polono ortam sanguine et laudantem et facta eius referentem, Mariam Rygier lubet adiungere, cuius eluebratione tamquam face praenunte usi sumus, eo libentius, quia scimus et Romanis rebus, et Latinis operam studiis magna cum laude navare, prout pluribus in more est inter Polonus, quibus de hac nova gloria in Konopnicka gratulamur, dum de bono animo, quem in nos gerunt, animo gaudemus.

H. DE VECCHI PIERALICE.

DE LATINA ELOQUENTIA

IN ARCHIGYMNASIO TAURINENSI (1).

HAEC nostra aetas, quae nimis recentiorum placitis indulgens, nihil carius reputat acceptiusque, quam legum ferendarum potestatem a regibus olim abreptam, in ventosam popularem voluntatem transferre, indigne admodum hominem sustineret, qui totus in regum laudationibus versaretur. Sed, ea tempestate, magna erat Caroli Emmanuelis III fama, quo imperante, haec Taurinensium civitas crevit, et Subalpini milites prospere pugnaverunt. Tunc Chionius, qui in Magno Archigymnasio eloquentiam latinam tradebat, et quotannis *de laudibus regis* orabat, copiosam sibi diceendi

(1) Cf. num. XXI.

vocabantur, q
variae domu
qui scribendi

Hodie cont
adeunt cresci
iurisprudentia
cinae, aut lit
inter paupert
non pauci s
dandum cont
rumque tame
ut, qui paup
alaci magis

Decertant
contra Christi
frequentiores
fideles quoqu
ditum, dupli
dras cueurrer
rum passim m
causa, quia in
sciunt, atque
sibi opposit
vero non sine
animadvertis
eendi auerorit
litas exsulet.

LUCAI

FADNEXUM
quorum imag
sita haec olim
vasaria arte
ex quo in te
gana Deo psa
peritiae monu
ut cetera qua
expressimus (

Ad musiee
eduntur, puer
comptam atqu
vuntur circu
mittunt.

Hos sequi
balissantes, u
in sacris cybe
erant qui ey
bant; erant e
deorum praece
..... in eius t
cyclis caeli,
mater Deorum

Tertio in
tarantara ca
tanto tamen
atque a laeti
tuor in chore
brachia pedes
manibus ipsi
quasi auxiliu

(1) Cfr. an. I

(2) Nox., II, 1

(3) Ad IV Ge

omnino ait: –
tentiam; credo
adesse vitae;
dignum huma-
nam, in veri-
getur crimen,
stiam impe-
em aliquando

i nec deaquis,
armina cordi
rent, in melius
idit. Hinc pro
fecit *Absque*
in subter-
tibus, poemata
i; pro seductis
eris in viam
raptis *Coram*
in eaupona
od satis esset
espersabbathi.
Qua de re
s; ac proinde
viae, Limbur-
est, passim
dueta in mu-
pretiosissimis,
convivio. Nec
pnicka sense-
us idem ruri-
mentius expri-
rit; sed veri-
angula quaque
potius quam
causam et
are memoriae.
poetria Polona,
ntem et facta
lubet adiun-
m face pree-
ia scimus et
studiis magna
ts in more est
ova gloria in
bono animo,
demus.

PIERALICE.

JENTIA

(1).

recentiorum
arius reputat
arum potesta-
tosam popu-
ne admodum
egum lauda-
state, magna
, quo impe-
s crevit, et
erunt. Tunc
ymasio elo-
quotannis de
sibi dicendi

segetem nactus, peropportune proelia memorabat, paces, illustres initas cum longinquis affinitates, permissa regi foederum arbitria, narrabat praeterea quomodo inter castrorum metationes, et expeditionum itinera, impiger ille princeps excellenti providentia studia foveret, excitaret, praestantes viros, magnis propositis praemiis, ad docendum arecesseret.

Nam, quemadmodum in *Somnio Scipionis*, Africanus Maior et Paulus Aemilius, iam vita funeti, eum filio et nepote per quietem dicuntur collecti, sic regii generis auctores, magni atque illustres nostrae civitatis viri, revivisere in maximi Auditorii parietibus videbantur.

Qua docti illi senes audientes, quanta voluptate affiebantur!

Propemodum enim egregium triumphantium spectaculum oculis intuebantur; iterum regem cernentes paullo ante in urbem introeuntem, spoliis onustum, qui in magno belli impetu, quem se diutius hostibus obiecisset, suos et victoria et reditu recreavit; in Martis periculis versatus, post incredibiles eventus, suis novam spem attulit, eumque militaris acclamatio, omnium civium effusa multitudo excepit, et patriae ulti ac pater adpellabatur.

Namque Carolus Emmanuel dum vixit, nulla in re ab ullo regum se passus est superari: et suis auspiciis res Subalpina novis auctoribus adeo crevit, ut vix alia ditio viribus opulentior hic in terris extiterit.

Praeterea Noster in *Orationibus* suis recensere studuit regias virtutes et gloriam, eius iustitiae studium, legum sanctissimarum sanctionem, bonarum artium patrocinium, effusam in paupe- res beneficentiam, et sinceram erga Deum religionem.

Ad haec, veluti cumulus, accedit insigne animi studium damna reparandi quae gens subalpina superioribus bellis pertulerat: quo nomine hunc regem inter optimos ponere haud dubitaverim.

Iuvat hic pauca verba referre clarissimi illius latinorum elegantiarum aetatis nostrae arbitri, eiusdemque immortalis magistri mei, Thomae Vallaurii, ex opella cui est titulus: *Epitome historiae patriae* (Lib. III, c. II):

« Rex Carolus Emmanuel III consiliis Bogni Comitis, regni administri, viam a natura negatam per Cenisium montem ferro patefecit; fluvios rigandis agris fossa perduxit... Artes et litteras fovit, quae tunc primum apud nos impensis excoli copta sunt.

« Tunc enimvero ingeniorum foetum edidimus; et Iosephus Salutius, Cigna, Beccaria, Lagrangius, Allionius, in mathesi et rerum naturalium scientia plane singulares, de inventorum praestantia et nobilitate cum aequalium doctissimis contendere ausi sunt. Tunc etiam castior fluit nostrorum oratio; et primus Carolus Denina, doctrinae suae alumnos a verborum augustiis in medias res deduxit, primus historiam uberioris audentiusque tractavit ».

In hac litterarum palaestra, veluti dux Chionius candido pectore Subalpinam sobolem iis artibus in schola formabat, quae ad humanitatem pertinent, dum in orationibus quas alternis annis cum collega habebat de laudibus regis et de ratione studiorum, in regio Athenaeo, modo historicis, modo pene dramatici scriptoris partes agens, tanta doctrinae varietate, totque insigni-

bus verborum et sententiarum luminibus orationem distinxit, ut etiam nunc praecipua voluptate afficiantur lectores.

Sint eius animi sanctitatis documentum, eiusque elegantioris formae in dicendo, haec, quae easu excerptam ex quadam oratione habita de poësos coniunctione cum oratoria facultate:

« Quis enim ignorat, plerosque poëtarum, cum obsoenis ipsi voluptatibus admodum dediti essent, animi sui veluti imaginem in scriptis reliquise? Nisi forte non laceivus habendus sit Ovidius, non Catullus effrons, non impudicus Martialis, non teneriores, ne quid gravius dicitur, Tibullus, Propertius, Horatius, alii et quod magis querendum est, complures etiam Christiani? Ego, auditores, si nihil praeter impudicos amores poëtae haberent, mallem carere adolescentes hoc eloquentiae pabulo, quam in disserimen adduci, ne non tam dicendi facultatem in iis quaererent, quam vitae rationem imitarentur ».

Scio equidem nostris temporibus nonnullos in publicis scholis vel coram puerulis, pravo quodam rerum iudicio abreptos omnia interpretari quae passim in scriptoribus leguntur vel putidiora, vel omnino obsoena, quibus vel saxa erubescerent.

Vah! apage a nobis virorum huiuscemodi exemplum, qui nostrorum iuvenum mentem deturpant atque pro viribus in reprobum sensum convertere student. Eorum enim conatu nostra bona videmus

In peius ruere, et retro sublapsa referri,
et litteras, quae diu deus erant nobis et noble praesidium, miserabile excidium manet.

Sed redeam ad Chionium, qui duos in primis in tradenda eloquentia collegas habuit, Iosephum Bartolum Patavinum et Carolum Deninam Salutensem. Hie est omnium praestantisimius qui usque ad haec tempora italicam eloquentiam in Taurinensi Archigymnasio tradidit. Chionius, qui per quadraginta et amplius annos ibi est latinus litteras professus, hoc quoque nomine est maxime laudandus, quod stilum prudenti ratione rebus et hominibus accommodavit. Saepe eius studium in Cicerone adparet, quem prae ceteris diligere atque amare candido ore profitebatur, et suis alumnis plurimis verbis commendabat.

Praeter *Orationes*, quas, ipso demortuo, nepotes eius ediderunt, Victorio Amadeo III regi dicatas, exercitationes academicas exaravit noster de *Romanis antiquitatibus*. Hoc volumen eo consilio in vulgus edendum curavit, ut omnibus perspicuum esset, summo esse opere illis admittendum, qui litteris latinis animum intendunt, ut Romanas antiquitates optime noescant. Ait enim: « A quo cumque politioris literaturae studioso persolvenda est omnis antiquitas, unde rerum plurimarum variarumque uberrima paretur supplex et copia.... omnisque propterea illius civitatis memoria sit, et ad eloquentiam, et ad multiugam eruditioinem maxime necessaria ».

Hic meret aera liber sosis, hic et mare transit,
Et longum nota scriptori prorogat aecum!

Eius volumina ea nitent sermonis elegantia, ut nihil haec in re perfectius, nihil incundius a Chionii ingenio posset proficiisci.

SUBALPINUS.

HORÆ SUBSECIVÆ

Expositio clauditur artis recentioris ornatus
Augustae Taurinorum an. MDCCCCII.

Ut saepe conspicis labi de vertice
Sylvarum frondem, primo autumni tempore,
Non actam centis, prope et naturaliter,
Sic magno nostra clauditur silentio,
Noei decoris artis Expositio,
Quae, vere elapsa, graci rerum strepitu.
Pervulgabatur lippis et tonsoribus.
Ut esset illi deus et praesidium,
Venit huc noster recens Rex Victorius.
Adsum frequentes, stipatique milites,
Ut arte cives convocati Italiae.
Urbem iam olim regni totius caput
Curiouse adspectent, impleant muneribus.

Sed omnes nostrae civitates patriae
Suo laborant morbo, pol! miseriae,
Sibiique parci negant id solatii.
Pauci sunt hospites, imo paucissimi.
Enim quis nostras curat pueritudines?

Verum, cum tota Taurinensis civitas,
Consilii tenax, potius pertinax,
Opus, et impensam videret perditam,
Opus, quod maxima fiducia sumserat;
Suis tunc rebus noster civis pessimis
Conatu prospicit, quem dixeris Atlanticum,
Vocatque gentium hospites undique.

Nam pulcre veterum conditi moribus
Equites adsunt, militesque, principes,
Quorum gens unice constitit dextera!
Qui magno civium, advenarum gaudio,
Nunc patrum simulant cirtutem, gloriam,
Agnina nunc hostium, secli pericula.

Fori Regina vehitur bellissime,
Suas quae nunc gentes visitat gratia.
Viae clamore strepitant, et vocibus
Sonant festivis... Incessu dum graditur
Regina, nobilis gravi supercilie!

In urbis vico, spectat qui ad meridiem,
Adest persona, quae GLANDULA dicitur;
Cunctis iam gentibus vulgo percognita,
A dolio vini, diligit quod maxime.
A multis pressus undique comitibus,
Et ipsa coniux, de more principum,
In urbem graditur, procedit alacer.
Quot gentes circum! quot volvuntur turbines!

Quid est? quo tandem student ipsi tendere?
Eo modo currunt ut ciros colligant,
Duint ut sic panes, circenses publice.

A nostra aetate, summo desiderio,
Pol! una quaeritur semper pecunia!
Hoc artium studium pecuniam colligit?
Eo nostra tendunt studiose tempora.

Sed Aedium moles, impendiis, opere,
Nuper exstructa, parvo nec ingenio,
Ubi falsere virum tot certamina,
Breui solvetur, iuvenum mox alacrum
Teretur pedibus turbae lactantium.
Sic actas transit sua cum superbia!

I. B. F.

REPO TIA.,

QUANTI non numquam quae prima fronte nul-
lius rei esse videntur sint facienda, haec
narratiuncula satis evincit.

Anno superiore, Nonis Decembribus, idest pau-
cis diebus post feriatum tempus vix incepsum,
quo tempore, ex christiano ritu, catholicis nuptia-
rum solemnibus interdici solet, primo mane,
sic ut meus est mos, — id enim, saepe, inter litteratorum hominum fastidia non infimum locum
obtinet! — antequam scholam inirem, ad quem-
dam civitatis lanium ibam ut bubulae libram
pondo cenae apparandae emerem. Lanienam
ingressus lanium valde ira incensum inveni,
qui, buccis fluentibus, stomachum ita erumpere
coepit: — « Abite in Orcum quotquot estis ruris
coloni, qui a pristinis consuetudinibus deflecten-
tes nova saeculi exempla sequimini! Mundus
iam ruit per vetitum nefas.... O tempora,
o mores! » Rictum diduco, ac familiariter: —
« Quorsum, — interpollo, — haec tua convicia
tendunt? Mihi videris Cicero in rostris pu-
gnans! Est ne tibi quid negotii cum Catilina?
Ruunt ne Senatus, Palatum, Forum? Die, quaeso,
ne quis garrulus me quoque unum illorum esse
putet, qui, natura tristi eaque recondita, nimis
a civitatis tumultu remoti, paene intermortui
aetatem agunt! » Tunc homo ille praeproperi
quidem et fervidi ingenii, sed natura bonus,
postquam deferuit ira: — « Non est, non est,
— inquit, — eo quo tu rere modo: conqueror de
iis nuptialibus consuetudinibus, quas, veneto ser-
mone, vocamus *revoltade vel revoltine*, quae cum
apud agrestes homines hodie plane obsolever-
int, causa fuit eur, hisce postremis diebus, nil
bubulae vendiderim! » Cui ego vehementer ad-
miratione captus: — « Quid sibi volunt haec?
Etenim prorsus ignoror quid significent *revoltade*
vel revoltine quas blateras! » At ille: —
« O bone, tu litteris abditus haec ignoras vel
ignorare simulas? *Revoltade* vel *revoltine* ea
sunt convivia, quibus, celebratis nuptiis, agre-
stes homines, sponsi sponsaeque parentes, vici-
sim se reddunt. Haec ignoras? Edepol! mos
ex Romanis originem dicit; ideo nil tanti est
ut tuae doctrinae cumulum addam! » Alius in
promptu habuisset: « ne sutor ultra crepidam! »
Non mihi id visum est, qui bene noram anti-
quitatis studiosis popularem sapientiam inter-
dum optimam esse magistrum.

Quare, numerato pretio, post salutem datam et invicem redditam, ad litterarium ludum fe-
stinans abii, mecum horatianum illud animo reputans:

Demitto auriculos, ut iniquae mentis asellus,
Cum gravius dorso subiit onus.....
(Sat. I, 9, v. 20-21).

Aliquot inde effluxere dies non sine cura in-
vestigandi illius antiquissimi moris et verbi
revoltade vel *revoltine* originem, sed lumen et
oleum amisi!

Forte tamen, cum animi remittendi causa,
quadam die, horis subsecivis, *Satiram* II, lib. II,
Horatii leetitarem, quae Ofellum inducit luxui
deditos insectantem, mihi necopinato, contigit
ut cognitionis et scientiae cupiditati satisfac-
rem. Ibi enim de Avidieno avaro et sordido
homine poeta haec tradit:

*Cui Canis, ex vero dictum cognomen adhaeret,
Quinquennes oleas est et silvestria corna,
Ac, nisi mutatum, parcit defundere vinum, et,
Cuius odorem olei nequeas perferre (licebit
Ille repotia, natales aliosvre dierum
Festos albatus celebret) cornu ipse bilibri
Caulibus instillat, veteris non pareus acetum.*

(v. 55-62).

En ergo « repotia », qua patet iter ad inqui-
rendum in *revoltade* vel *revoltine*? Quid sunt
« repotia? » Massueco interpretatur: « Repotiorum » nomine primus dies post nuptias si-
gnificatur, quo die a sponso novum instruebatur
convivium. Inde vero « repotiorum » nomen ex
quo iterum potaretur et ederetur quod pridie
superesset, id est a pridiana potatione repetenda ». Alii censent « repotia » celebrari consuette
altero vel septimo die post nuptias, quo die
sponsa paternam domum revisebat (GNESOTTO). Postremo non desunt qui id referant etiam ad
commessationes, quae, liberis natis, inter vi-
cinos celebrabantur, vel ad quasvis compota-
tiones die festo, potissimum, fieri solitas. Eadem,
paucis mutatis, de Graecis invenies apud
Schoemann (1). At quaestio non minus est de
« repotiorum » origine quam de vocis vi, cui
neetitur nomen *revoltade* vel *revoltine*. Itaque,
ut ad propositum pergam, ex dictis colligo:
« haec verba, quasi italicis fonte cadunt, idem
sonare ac *revoltare* = *voltare di nuoro*, latine
= iterum vertere »; quod ad iterata poca pertinere
omnibus perspectum est.

Insuper addam, eruditio gratia, morem
hunc, uti nunc est, aliqua ex parte mutatum
fuisse. Apud Venetos duo « repotia » in usum
recepta sunt: alterum primo, alterum secundo
die festo nuptiarum proxime subsequentibus;
sponsi sponsaeque parentes tantummodo intersunt. Contra, affinitum amicorumque
comitatus, qui in nuptiali convivio infinitus et
prope innumerabilis est, excluditur. « Repotiorum » primum in domo sponsi, secundum in domo
sponsae paratur.

Hic finis « chartaeque viaeque! », quoniam
de « repotis », licet ex lepida occasione, satis
diximus. Id unum praestat animadvertisse: bonum
quandoque Homerum dormitare, — « si licet,
in parvis, exemplis grandibus uti » — maxime-
que antiquitatis studiosis prodesse diligentem
sine molestia vulgaris sermonis explicationem.

Joseph Pitre, magna varietate et copia in
suis studiis doctissimus vir, olim de nonnullis
veterum superstitionibus quae etiam nunc plurimorum
mentes pervadunt, mihi scribebat: *Noi
siamo pagani!* Equidem tanti viri sententiam
non impugnabo, etsi quaedam, sive bona, sive
mala, omnibus fere populis semper et ubique
communia fuere; verum pro certo est in Venetiis,
ut in ceteris gentibus quo Romanorum coloniae
deductae sunt, complura antiquitatis vestigia
exstare, quae sine vulgaris sermonis cognitione
et studio nequeas aperire.

Scrib. in Portu Romantino
Idib. Novembr. MDCCCCII.

MARCUS BELLI.

(1) *Antich. gr.*, III, 20, pag. 457 et seqq., Florentiae 1877.

Commentarii VOX URBIS socii et lectoribus in an. MDCCCCIII.

Vid. in secunda operculi pagina.

DE GERMANORUM ATHENAEIS.

FRIDERICI Paulsenii liber est de patriis athenaeis laudatissimus, qui cum multa eaque
non levis ponderis argumenta delibet, brevi
licet qui in *Vox Urbis* notitia fruatur dignus
proculdubio mihi videtur (1).

Historiam primum academicam repetit scrip-
tor, quae media aetate orta est cum, Ecclesia
praeente atque docente, athenaea a principi-
bus primum condita sunt. Tunc, privilegiis
passim concessis, propriam vivere vitam academ-
iae coepere. Mox, initis simul nova humanitate
atque luteranico schismate, scholasticae philo-
sophiae cathedrae evertuntur, sermones maiorum
graecus latinusque advocantur, athenaea iuxta
provincias, et iuxta confessiones distinguuntur.
Saeculo XVIII denique ipsa res publica ad opus
admovet manus, docentium libertati cavit, re-
centem philosophiam tradendam iubet. Me-
dieae vero disciplinae, in athenaeis quoque
maxime illustribus, paullulum morari videntur,
uti in Hallensi et in Gottingensi academia:
iuris contra vel philosophiae disciplinae pro-
vectae certatim.

Attamen saeculo XIX iterum promoventur
naturales disciplinae, quarum insignes maxime
doctores in Berolinense collegium congregati,
illud sibi videntur Gustavi Humboldtii effatum
tamquam tesseram accepisse propriam doctri-
nae, metae praecipuae, ab omnibus adlaborandum.

Rem Wilhelmus ipse Caesar facunde, ut
assuevit, exposuit cum in Hallensi athenaeo,
saeculo redeunte ab eius institutione secundo,
publice dixit: athenaeorum doctores nexui pri-
mum prospexit foecundo atque intimo inter
traditam a maioribus doctrinam atque permis-
sam nepotibus quidquid investigandi facultatem.

Hisce delibatis, dē hodierna athenaeorum
condicione Paulsenius disserit, atque primum
de doctorum senectute, quos ipse vult septua-
gesimum post aetatis annum, tamquam emeritis
stipendiis, honesta missione donari, ut iuvenes
iis sufficiantur, qui pleno aetatis robore polleant,
et ingenii integra copia ditescant. Eadem haec
in Austrorum imperio caeventur; nam plerum-
que septuagesimo aetatis exacto anno vix satis
virium satisve ingenii inest viro, ut labore
lectoris sine incommodo et in audientium utili-
tatem fungi possit.

De pueris ad athenaei limina accendentibus
postquam nonnulla animadvertisit, Paulsenius
sese parum sperare fatetur, ex seminarum nova
cultura atque doctrina fore ut nimium aug-
mentum omnis sapientia experiatur. Non denegat
tamen novis condicionibus inserviendum, ita ut
nulla sit disciplina, quam licet exiguo vallo
continere quasi in huius vel alterius ordinis
privilegium. Quinimo, Kantio philosopho assen-
tiens, diffundendam magis magisque sapientiam
edocet, atque vitae vivendae necessitatibus pro
viribus mancipandam.

Aliunde simul scribit auctor optimates aetatis
nostrae eos esse censendos, qui integra disciplinarum
eruditione ditescant, quod contrarium
prorsus refinebant maiores ferrei illius aevi filii,
quorum indicio artes sapientiae *clericales artes*

(1) FRIEDRICH PAULSEN, *Die Deutschen Universitäten*. — Berolini edid. A. Asher et Soc., MCMII.

vocabantur, o
variae domi
qui scribendi

Hodie con-
adeunt eresei
iurisprudentia
cinae, aut lit-
inter paupert
non pauci s-
dandum cont-
rumque tame-
ut, qui paupe-
alaeri magis

Decertant
contra Christi
frequentiores
fideles quoque
ditum, duplie-
dras cucurri-
rum passim m-
causa, quia im-
sciunt, atque
sibi oppositis
vero non sine
animadvertisit,
cendi auctorita-
litas exsulet.

LUCAE

FLORENTINUM
quorum imagi-
sita haec olim
vasaria arte s-
ex quo in ter-
gana Deo psal-
peritiae monum-
ut cetera quae
expressimus (1)

Ad musicies
eduntur, pueri
comptam atque
vuntur circum,
mittunt.

Hos sequunt-
balissantes, ut
in sacris cybele-
erant qui cym-
bant: erant en-
deorum praecep-
..... in eius tu-
cyclis caeli, q-
mater Deorum.

Tertio in
tarantara canu-
tanto tamen qu-
atque a laetitia
tuor in chorean-
brachia pedesque
manibus ipsi s-
quasi auxilium

(1) Cfr. an. IV,
(2) Nos., II, 169.
(3) Ad IV *Georg*

THENAEIS.

et de patriis athenaeis
cum multa eaque
a delibet, brevi
a fruatur dignus
ram repetit scri-
st cum, Ecclesia
næa a principi-
tunc, privilegiis
ere vitam academ-
ica nova humanita-
tcholasticae philo-
rmones maiorum
athenæa iuxta
es distinguuntur.
spublica ad opus
pertati cavit, re-
lam iubet. Me-
henaeis quoque
morari videntur,
gens academia:
disciplinae pro-

um promoventur
nsignes maxime
um congregati,
mboldtii effatum
propriam doctrinam
ibus adlaboran-

vocabantur, quorum contumelias Adalbertus Ba-
variae domus princeps IV persensit, quippe
qui scribendi artem didicerit.

Hodie contra, coetus iuvenum qui athenæa
aduent crescit in dies, praesertim qui vel in
iurisprudentiae incumbunt disciplinas, vel medi-
cinae, aut litterarum doctrinae adlaborant. Eos
inter paupertatem, gravis ferme ponderis onus,
non pauci sustinent, quo et tempus studiis
dandum contrahitur, et vires minuuntur; ple-
rumque tamen egestatis adeo urget stimulus,
ut, qui pauperissimus est, ille metam optatam
alacri magis cursu contingat.

Decerant quoque de frequentiae primatu
contra Christianos Israelitæ cives, qui in dies
frequentiores ad aulam veniunt, licet simul
fideles quoque, post imperium Borussicum con-
ditum, duplicitis fere agminibus iam ad cathe-
dras eucurrerint. Sed, inter doctores, Israelitæ
passim manipulus augetur, ea praesertim de
causa, quia interdictum sibi militiae curriculum
sciunt, atque ipso in honorum cursu obstaculis
sibi oppositis gravissimis obnoxii sunt. Rem
vero non sine periculo ita se habere Paulsenius
animadvertisit, ne forte temporis progressu,
dœcendi auctoritas omnis et imperium, penes Israe-
litæ exsulet.

R. W.

LUCAE DELLA ROBBIA

FICTILES ALIAE SCULPTURÆ.

FLORENTINUM museum cathedrali tem-
plo adnexum fictilia haec nova miracula,
quorum imagines damus, asservat. Circumpos-
ita haec olim fuerant a Luca illo *della Robbia*,
vasaria arte supremus artifex, perystilio illi,
ex quo in templo cantores atque musici or-
gana Deo psallerent. Quapropter et nova haec
peritiae monumenta musicæ ferias exhibent,
ut cetera quæ nostro in commentario alias
expressimus (1).

Ad musicæ modos, qui circum perystilium
eduntur, pueri primi choream dueunt eamque
comptam atque laetam in orbem; dumque vol-
vuntur circum, voces quoque, ut puerorum est,
emittunt.

Hos sequuntur cymbalistæ, sive pueri cym-
balissantes, ut Nonius vocem habet (2), quasi
in sacris cybeleiis procederent. Tunc coruscantes
erant qui cymbala, quasi pelvis cavas, pulsa-
bant; erant enim cymbala in tutelam matris
deorum præcipuam ut rem Servius explicat (3):
..... in eius tutela sunt quod similia sunt hemi-
cyclis caeli, quibus cingitur terra, quae est
mater Deorum.

Tertio in comitatu adulescentuli tres tuba-
tarantara canunt, gravi quidem sonitu, haud
tanto tamen qui minoris aetatis socios a iocis
atque a laetitia deterreat: iamvero ex iis qua-
tuor in choream aguntur inordinatam, agitant
brachia pedesque, dumque saltant iucunde, duo
manibus ipsi suis productas tubarum fistulas,
quasi auxilium ferentes canentibus, sustentant.

(1) Cfr. an. IV, n. XVIII.

(2) Nox., II, 169.

(3) Ad IV Georg., 64.



Lucae *della Robbia* fictiles sculpturæ.
(Photographice expresserunt FR. ALINARI, Florentiae).

Tibicines contra stant ex alia fronte monauli
magis acutam vocem cum tubarum cantu mi-
scentes, ut hinc et inde compositis atque con-
sertis in suavitatem numeris saltantes pueros
iusto pede et pleno moderentur.

Ultimi canunt plerumque ut primi, sed, ut
sunt aetate proiectiores, graviorem vocem edere
videntur, ad perfectum musicæ complexum com-
ponendum; eos vero inter medios alias eithara
iudit, alias sambuca suaviori sonitu psallit;
tertius denique ornata in sella compositus
pulsat dextera organum, quod genibus supportat,
dum laeva circum amplectens machinam follem,
seu utrem agit, unde spiritus in organi fistulas
insuffletur.

Eiquid de varietate, eiquid de figurarum
vigore dicam? Ipsi videatis, lectores, ipsi admi-
remini; dum ego alia Robiana opera, quae vobis
acceptissima cognovi, in *Voce Urbis* edenda
comparo.

LAELIUS.

DE "SYMBOLISMO",⁽¹⁾

TRIA promisimus in supremo numero symbola
nos fore explicaturos, quae Christum Do-
minum referunt, funiculum scilicet, petram et
pisem, quibus plerumque sub imaginibus Re-
demptoris augusta significatio delitescit.

Primæ igitur animadversiones de funiculo
sint, quae nonnullis aut abstrusæ nimis, aut
fortassis gratuitæ videntur, aut saltem longius
quaesitæ. Non eadem arridet nobis autem senten-
tia, qui vehementer dolemus funiculi figuram et
signum in hoc adventasse, et in hoc admissum
fuisse, ut captus Christus, et vineulis adscriptus
indicaretur. At huiusmodi dicentes hortamur,
ut libros divinos attente scrutentur, quia « omnia
in figuris contingebant Hebraeis », uti mon-
et Apostolus; hortamur ut Ecclesiae historiam,
Patrumque, Doctorumque maximorum volumina
legant, antequam tanta in re (et quanta sunt
symbola!) aliquid proferant sapientiae suaæ ni-
mium fidentes.

(1) Cfr. num. XX.

Funiculo Christus traditur, non quia vinetus, non quia nexus, sed quia ipse vinit, ipse neetit, sieuti scriptum est: « Traham eos in funiculis caritatis ». Funiculo Christus traditur non quia passus est, et alligatus vineculo mortis, sed quia alligandos et in servitatem rapiendos a servitate et compede liberavit, et iis, qui opprimendi erant aeterna morte, causa libertatis exstitit, exstitit causa salutis, et in numerum populi sui deduxit incolumes, et terrae reprobationis voluit haeredes censeri.

Quum enim exploratores, uti prudenter bellaturis dueibus in more est, Iosue filius Nun de Setim in regionem Ierichuntinam misisset, hi, Iordane transmisso, pergentes in urbem « ingressi sunt domum mulieris meretricis (alibi « cauponariae ») nomine Rahab (1)... Nuntiatumque est regi Iericho, et dictum: Eece viri ingressi sunt hue per noctem de filiis Israel, ut explorent terram. Misitque rex Iericho ad Rahab dicens: Edue viros, qui venerunt ad te, et ingressi sunt domum tuam; exploratores quippe sunt, et omnem terram considerare venerunt. Tollensque mulier viros abscondit, et ait: Fateor; venerunt ad me, sed nesciebam unde essent; cumque porta elanderetur in tenebris (noctu) et illi pariter exierunt, nescio quo abierunt. Persequimini eito, et comprehendetis eos. Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domus suae, operuitque eos stipula lini, quae ibi erat. Hi autem, qui missi fuerant, secuti sunt eos per viam, quae dicit ad vadum Iordanis; illisque egressis, statim porta clausa

(1) Iosue, cap. II.

22]

FABULAE SELECTAE FONTANII

A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE
PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

XCII. — IUVENIS VIDUA.

Coniuge defuncto, lacrimosa fit altera coniux Andromache; planetu tota sonatque domus. Deinde dolor mitescit atrox, utque erolat aevum, Arolat et luctus, risus in ora redit. Tu viduam specta, qua luce maritus obivit; Specta post annum: nil ita dissimile. Dixeris antipodas: lepidis trahit altera dictis Visentes; querulis altera quemque fugat. Usque suum foret haec verum fletumque dolorem; Usque melos recinit funebre, semper idem. Asserit, obduci numquam sua vulnera posse; Posse tamen, non res ficta, sed acta docet. E terris vir canescens migrare parabat; Huic aderat coniux iunior, uida genas: - « Ne migres - ita sponsa dolens - carissime consors, Especta paulum, te comitabor ego; Namque tibi sociata volo decedere vita. » At fecit consors incomitatus iter. Vir cordatus erat viduae pater; ipse tenellis Ea oculis rorem sirit abire pium. Mense sed elapsi: - « Mea - dixit - filia, luctu Parce tuo, lacrimis satque superque datum. Ubiore tuum ne fletu extingue decorum; Inclusum tumulo salsa quid unda iuvat? Mones mitte, memor vivorum; nec tamen atram Ponere te vestem protinus ipse velim. At sine, bissenis exactis mensibus, alter Quaeratur, cui sit gaza, iuventa, deorum. Inveniam, qui derepto potior sit. » At illa: - « Ne, pater, inquiras! Claustra sacra colam. » Exspectat genitor, dum saucia pectora natae Mulceat hora medens; mensis et alter abit.

est. Necdum obdormierant, qui latebant, et ecce mulier ascendit ad eos, et ait: Novi quod Dominus tradiderit vobis terram; etenim irruit in nos terror vester, et elanguerunt omnes habitatores terrae. Audivimus quod siccaeaverit Dominus aquas maris Rubri ad vestrum introitum quando egressi estis ex Aegypto, et quae feceritis duobus Amorrhæorum regibus, qui erant trans Iordanem, Sehon et Og, quos interfecistis. Et haec audientes pertinuimus et elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum; Dominus enim Deus vester, ipse est Deus in caelo sursum et in terra deorsum. Nunc ergo iurate mihi per Dominum, ut quomodo ego misericordiam feci vobiscum, ita et vos faciatis eum domo patris mei, detisque mihi verum signum, ut salvetis patrem meum et matrem, fratres ac sorores meas, et omnia quae illorum sunt, et eruatis animas nostras a morte. Qui responderunt: Anima nostra sit pro vobis in mortem, si tamen non prodideris nos; eumque tradiderit nobis Dominus terram faciemus in te misericordiam et veritatem. Demisit ergo eos per funem de fenestra, domus enim eius haerebat muro. Dixeruntque ad eos: Ad montana ascendite, ne forte occurrant vobis revertentes, ibique latitate tribus diebus, donec redeant; et sic ibitis per viam vestram. Qui dixerunt ad eam: Innoxii erimus a iuramento hoc, quo adiurasti nos, si ingredientibus nobis terram signum fuerit funiculus iste coccineus, et ligaveris eum in fenestra, per quam demisisti nos; et patrem tuum, ac matrem, fratresque et omnem cognitionem tuam congregaveris

in domum tuam. Qui ostium domus tuae egredens fuerit, sanguis ipsius erit in caput eius, et nos erimus alieni. Cunctorum autem sanguis, qui tecum in domo fuerit, redundabit in caput nostrum, si eos aliquis tetigerit. Quod si nos prodere volueris et sermonem istum proferre in medium, erimus mundi ab hoc iuramento, quo adiurasti nos. Et illa respondit: Sicut loquuti estis, ita fiat; dimittensque eos ut pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra. Exploratores igitur cauponariae consilia sequuti, latuere in montanis prouti Rahab monuerat, et redeuntes ad Iosue narraverunt omnia quae acciderant. Neque multo post, clangentibus bucinis sacerdotibus, cum Ierichuntina moenia corruiunt, universusque Israel iam esset in eo ut descendenter, traditamque sibi urbem diriperet ferro et igne pretiosis omnibus expoliata, solemniter Iosue praecepsit (1): « Sit civitas haec in anathema, et omnia, quae in ea sunt, Domino. Sola Rahab vivat cum universis, qui eam ea in domo sunt; abscondit enim nuntios, quos direximus... Duobus autem viris, qui exploratores missi fuerant, dixit Iosue: Ingredimini domum mulieris meretricis et producite eam, et omnia quae illius sunt, sicut illi iuramento firmastis. Ingressique iuvenes eduxerunt Rahab et parentes eius, fratres quoque et emetam supellecitem, ac cognitionem illius, et extra eastram Israel manere fecerunt. Urbem autem et omnia quae erant in ea succederunt; absque auro et argento, et vasis aeneis, ac ferro, quae in aerarium Domini consecrarunt. Rahab

(1) Iosue, cap. VI.

Praeterit hinc prope nulla dies, quin femina quiddam Corrigat in pulla, quam gerit usque, stola. Sie, atrala licet, speciosior ipsa rideri Ambit; multicolor denique palla reddit. Ac redeunt hilares coetus, convivia festa, Et choreas et cantus et pharetratus Amor. His se deliciis immergit bellula, fontem. Unde iuuentutis nocte dieque bibit. Iam nil formidat pater a consorte sepulto: De consorte novo callidus ille tacet. Filia tum: - « Pater - inquit - ai: quem nuper habebas Sponsum me dignum, qui vocitatur? ubi est? »

XCIII. — ANIMALIA PESTE LABORANTIA.

Morbus terrificus, quem condidit ira supremi Numinis, ulturi criminis terrigenum; Quo grassante, nigrum tranant Acheronta silentes Umbras, longa phalanx, densior inque dies: Pestilatis (atrum vox horret dicere nomen) Implebat pecudum limina funeribus. Non cunctis Atropos resecabat stamina vitae; Omnes sed laesit forfice vulnifica. Nec laesis superest animantibus ulla salutis Cura; nec ulla, licet laetior, esca sapit. Iam nec praedator gallinas subdola vulpes; Nec, rastator adhuc, rastor orile lupus. Cum socia refugit sociari turture turtur; Friget amor, luctus gaudia quaque fugat. Tum populo coram leo dixit: - « Crimina nostra Hanc, reor, ultricem progenuere luem. Pessimus et nobis cadat ergo victima, fratres, Ne pereat reliquum, peste furente, genus. Sic olim suevisse patres avertere nostros Publica damnatio, memor perdoctus historia. Quare quisque sinus animi vitamque peractam Lustret, et index sit candidus ipse sui. Primus ut incipiam, fateor, me non ita raro, Inglurie victimum, dente patrasse neces.

vero et don
bebat, fecit
medio Isra
bes, o lecto
et quod exp
saepius in
liis christia
sti servato
perunt eum
fieri. Quando
quando Ro
terent, qua
concremabu
caelatus, sp
nium in se

Et respon
a barbaris p
tentibus et
quotquot in
colums.

At potius
Monet enim
eui dictum
culturum coecis
sanguinis C
Gentium sig
persuasionem
gnificantis a
sisse, ut pa
imperium,
lieres, christ
clarecerent,
peetus hunc
aliqua gemm
Immo laben
corrumpat a
ditiae potentia
haeret, no
sim quampl
pterea quod
bant, quo m
tur. Atque i
res prisci et
pellere a ere
iterum indu
sus olerent,
dianis cum
eulorum usu
plorum sole
dissererent.
referendi se
Chrysostomu
in Ecclesia
chatum gere
ficiat, ut qu
legat.

Tenendum
gnificium C
quanta futu
gnet per Cr
illa indicet te
dalum Crucis
pingebat, ne
videre pro r
eruce non fu
significatio
Illud vero c
quod funis,
iisdemque in
vineulum, e

is tuae egressus caput eius, et tem sanguis, abit in caput Quod si nos m proferre in ramento, quo Sicut loquuntur pergerent, in fenestra ». Consilia sequuntur, ab monuerat, ut omnia quae contingentibus buc- tina moenia am esset in eo i urbem diri- cibus expolia- (1): « Sit ci- ia, quae in ea cum universis, dicit enim nunc utem viris, qui Iosue: Ingre- sis et producite sicut illi iura- nes eduxerunt quoque et eun- nem illius, et ant. Urbem au- succenderunt; genies, ac ferro, parunt. Rahab

vero et domum patris eius, et omnia, quae habebat, fecit Iosue vivere, et habitaverunt in medio Israel usque in praesentem diem ». Habes, o lector, quod te doceat, quod te moneat, et quod explicet funiculum illum, quem in cruce, saepius in catacumbis, in antiquissimis cimetiis christianis designatum vides. Indicium Christi servatoris est, qui servabit quotquot receperunt eum, quibus dedit potestatem filios Dei fieri. Quando igitur romanum corruerit imperium, quando Romanum barbari bellunis pedibus conterent, quando desolatam facient, atque igne concremabunt, funiculus iste in Cruce pietus, caelatus, spem in se omnium credentium, omnium in se oculos et ora convertet.

Et responderunt symbolo facta: scimus enim a barbaris praedantibus, incendentibus, subvertentibus et occidentibus, christiana tempa et quotquot in illa Romani confugerant fuisse in columnis.

At petius in spiritualibus hoc symbolum est. Monet enim Augustinus (in Ps. 80): « Rahab, cui dictum est ut per fenestram mitteret funiculum coecineum, ut in fronte haberet signum sanguinis Christi, salvata est ibi, et Ecclesiam Gentium significavit ». Addam insuper adeo persuasionem huiusmodi funiculi Christum significantis animo veterum Christianorum inhaesisse, ut passim signum Fidei, satis idololatris impervium, esset, quo passim christiana mulieres, christiana puellae, puerique mutuo in- clarescerent, quippe aut circa collum, aut ante pectus hunc ad ornamentum, interdum non sine aliqua gemmula, vel aureo decoro, portabant. Immo labentibus annis eo devenit (ecquid non corrumpat aetas?), ut in ipso aliquid absconditae potentiae, formae scilicet, colori, rei quae haereret, non quia Christum significabat, passim quamplures putarent, et crederent, propterea quod veluti idololatricum amuleum ferebant, quo mala omnia a fermentibus averterentur. Atque id eo processit, ut sanctissimi doctores prisci et episcopi, quibus curae erat ea repellere a credito sibi grege, quae superstitionem iterum inducerent, et quodammodo idolum rursus olerent, aceribus obiurgationibus quotidianiis cum ad privatos agerent, ut horum funiculorum usus abiiceretur, instarent, inter templorum solemnia diebus festis publice de re dissererent. Iamque esset hic locus integrum referendi sermonem, quo usus est Ioannes Chrysostomus, Demosthenes ille christianus, in Ecclesia Constantinopolitana, cuius Patriarchatum gerebat; sed nobis illum indicasse sufficiat, ut qui cupiat, eum facile et reperiatur, et legat.

Tenendum ergo est quam grande, quam magnificum Christi symbolum sit in funiculo, quanta futurarum prophetia rerum, quid designet per Crucis trabes diductum, et quomodo illa indicet tempora, in quibus dicebatur « scandalum Crucis », ideoque Christum in cruce nemo pingebat, nemo caelabat; et credentibus signum videre pro re satis erat, superque. Quid si in cruce non fuerit? Quid...? Locus et res, ubi significatio semel innotuit, cetera explanant. Illud vero considerandum quod funieulus sit, quod funis, scilicet pluribus constans filis, iisdemque involutis, intortis; aliud enim est vinculum, compes, nexus, nervus, aliud funi-

culus iste captivitatem et mortem non indicans, sed salutem, vitam, libertatem.

SENIOR.

NUNDINAE NIZNI-NOVOGARDIENSES.

CREDO vos mirari quid sit, quod a festis Matriti diebus, ob adolescentem regem Alphonsum diadema eingentem, hue perrexerim, Europam, quanta in longum porrigitur, emensus. Atqui extrema indicare cupiebam duos inter populos in laetitiam effusos, et publico gaudio gestientes, et, quae sentiret animo iucunda, manifestantes. Hispanos nempe, qui inter Europaeos maxime ad occidentem sunt et meridiano prae ceteris aestu incalescent, et Russos, qui maxime ad orientem pertinent, et boreali rigent afflati. Anne hoc unum? Si spoponderitis nec risuros de me, nec irrisuros, omnia, (nihil enim « alta mente repotum » cohibere valeo, haec mihi et natura, hic et habitus est), omnia, inquam, aperiam. Vieillotius ego, tam bonus, uti experti estis, rerum gentiumque existimator, ad maiora pergit; et qui a regionibus ad populos iudicandos iudicaturus bona Minerva processit, nunc a populis ad reges existimandos cupit procedere. Quum autem iudicium hoc nullas ferat impensas – (proh! longe diversum ab illo, quo sum usus non sponte Parisii adversus eos, qui absentem me, dum familiares res meas administrare simulant, turpiter expilant) –; quum autem, dico, iudicium hoc nullas ferat impensas, item excitet nullam, et singula summa pace conciliet, optimum duxi ut qui adolescentem Hispaniae regem more meo bene iudicaveram, nunc regem quoque iudicarem Italium vestrum de visu et vultu, adeuntem urbem imperii caput Petropolim, et illuc magno cum gaudio expectatum et excipiendum. Magnum enim quid e fronte, ex oculis, ex gestu, ex incessu nostro dimanat, et sermo quidam tacitus mentis est, quem iuvat nullo praeiudicio serutari. Regis autem vestri passim laudatur prudentia, passim et fortitudo. Iuvenem igitur Imperatorem Nicolaum, cuius maxime commendatur humanitas, pietas, iuvenem regem vestrum ipse videre cupiebam simul, utrumque comparare, de utroque quid mihi visum foret exponere: quid sibi inde sperandum Europa, immo ferme orbis terrarum omnis, iure et recte posset praesumere.

At quum Petropoli circa Sextiles Idus morarer in diversorio, magna hominum frequentia, et (sit bona verbi interpretatio) magna confusio haberi eo coepit, ut ipsi domestici advenis inservientes ferme insanisse viderentur. An quia somniculosi?: nulla enim requies erat noctu, nulla interdiu ob multitudinem advenientium et abeuntium. An quia attomitos reddiderat labor improbus? An quia... Rei causam non quaero; rem unice designo, quia et ipse non semel effectum passus sum confusionis ac tumultus mirabilis. Quid plura? Prandium olim in cubiculo meo exspectabam. Ecce domesticus, qui mihi ab officiis erat, glorus ingreditur, et pulvillo duos et mastrucam super mensam proiicit ampullas aquae, cerevisiae, acetabula per mensam revolvens, et omnia, non excepto me, foedans effusis.... Die fessus recubans

obserata fenestra, inter somnum et vigiliam eram, servumque, calceamenta nitida et expolita qui referret, opperiebam dormiculosus. Ecce adest; certus rei, non respexi... Illico super latus et super genua mea quaedam mala eadere pondera... Exclamo: plures fugere. Quid acciderat? Servus alias hospitem adducens et sarcinis huius oneratus advenerat; cubieuli numerum non bene legens, quippe ob somnum incedebat uno ex oculis elauso penitus, altero non bene aperto, omnia quae gerebat super lectulum ab humeris proiecit, bulgas, umbellam, capsulam, reliqua. Clamore audito fugerunt, ne occiderentur, aut caperentur ab excitato; quippe hie, siquid proximum furto, vel violentiae fuerit, vel insidiis, antea et illico flagellatione punitur, post hanc vineulis; deinceps indicatur. Quo fit ut quisque non modo crimen fugiat, sed vel criminis suspicionem. Scio interdum vel probum hominem in hanc incidere posse, flagellari, puniri; sed bono omnium prodest et expedit vel unius incommodum. – Quaerenti igitur tanti tumultus causam, redditur, hanc esse ex concurso gentium ad nundinas Novogardienses. – Equeae sunt huiusmodi?, quaero... Mirabilia redduntur. Hortantur ut eam; credo quia multum intererat ut cubiculo meo potirentur, maioris quippe et ad horas, immo maximi locarent. Ea tunc lex in huiusmodi conditionibus est, ut qui potest facere, faciat.

Cunctari milii exosum semper, ubi de agendis decrevi semel. Me igitur excepero currus vaporitaharum, quibus nihil umquam et usquam commodius et elegantius expertus sum, et aspexi. Petropoli relicta, in Zars-koe Selo, scilicet « Caesaris villam » incidimus, quae magni instar oppidi est, cui circum viridaria sexenta, sexcentaque optimatum ad rusticandum domus, aedes, palatia. Exigua tamen solo vis est, non humi sterilitate sed aeris temperie; longeque circum in prospectu sunt urbes, oppida, rura, casae, templorum cuspides et fornices auratos tholos in caelum attollentes audacius, qui, infirmi solis etsi aduersi radiis, in plumbeo et cinereo aethere gloriosi coruscant. Proh, quale sui darent spectaculum sub ardenti luce Italiae vestrae, vel in illo purissimo aere Galliae meae! At hic moesta omnia apparebant, prout exiguo diei splendore rorabantur.

A Medviedeo ferriviam in Ribinsk arripimus ferme omnes, multitudo viatorum innumerabilis; et idcirco scripsi: arripimus; quisque enim ne sibi locus esset in currus timebat; propere quod, qua data porta erat, ingredior; ceteri idem. Ribinsk urbs est, quae aestate septuaginta operariorum millia numerat; at in sua, hieme adventante, quotannis redeunt, operibus absolutis. Huc regia flumina Newa, Drina, Rha multiplex rete fossarum convenient, ut sit navibus mercatoriis, onerariis aditus a mari Finnico, Botoriaco, Baltico ad Caspium, ab Ingria Aretoa ad Siberiam. Hic super flumine enormi Rha (melius hodierno nomine Volga appellabo) liburniae quaedam minuseulae; quae una cum pluribus non eiusdem generis tranant. Qualis autem et quantus pons aquis imminet arcibus, soliditate, audacia admirabilis! Navis illa, Tver nuncupata, pluribus frequens erat hominibus, a me, elegantibus induito vestibus et bene attonso me, foedans effusis.... Die fessus recubans

villosos, et laezeros, vultu demissos, at inter se colloquentes indefessos, et saepe labris admonentes phialas, in quibus liquor, eui « Aqua vitis » nomen, continetur, quam viaticum suum Russus appellat, nec umquam relinquit.

(Ad proximum numerum).

A. VIEILLOT.

ANNALES.

Belgici regis tentata nex — Perturbationes ad Congo fluminis ripas — Mauritanica pax restituta — Somalium pyratarum ultio sumpta — Venezuela et Columbiana bella.

Quod maximam populorum omnium indignationem recentissime excitavit, id fuit, anarchistas neque audacia fractos, neque spe sua terrima destitutos, atque in eadem semper facinora contendentes, per suae partis asseclam cui Rubino nomen, Bruxellis Leopoldum regem missilibus glandibus petiisse. Sed tamen, Deo providente, vani ausus evasere: capitur contra sicarii a popularibus, iamque coram iudice adducitur, qui proculdubio capitatis damnabitur, dum Itali nos maxime dolemus hunc quoque regiae necis molitorem, ut Caserius, ut Angiolillus, ut Brescius, ut Luchenius, nostris ex gentibus, Calabro in litore, esse natum. Haec, inquam, ex animo comploramus, quin etiam nos pudet italicum nomen tam pessimis gestis temeratum; cum simul illaeso regi gratulationes multas iuvat laeto ore iterare.

*

At de Belgicis rebus Congo fluminis quoque e ripis insolita nunciantur: Germanorum colones atque Anglorum vehementissime in Belgas succensuisse, quippe qui in indigetes barbaros nimia crudelitate usi, eos vicissim concitaverint contra viatores atque negotiatores, qui deserta per eorum loca commercia agunt. Barbari enim ad iram commoti armis iam vetant passim quominus per suam terram mercatores pertranseant; idque quamvis statuto foedere antiquitus fines regionis patere omnibus oportuerit. Eo immo rediit barbarorum rabies, ut Belgam tribunum quemdam recens obtruncaverint, eiusque caput malo defixum, quasi ultiō signum, ante fores oppidi constituerint.

*

De Kabilibus mauritanis, deque eorum perpetua seditione longe meliora vicissim audiuntur. Tetuan ex urbe copiae sat⁹ instructae manuballistis atque cuspidibus, multoq[ue] equitatu ad perduelles consecrandos exiere, iis modo Benider in regione occurserunt, et concursu facto atque proelio commisso, brevi evenit ut perduelles Arabes e loco cesserint; fugientes vero diu prosequi equitatu necesse fuit. Post haec, ipsi tribibus praefecti ad Tetuan praesidem venere eumque demisse supplicarunt, ut iterum se suaque omnia in suam gratiam atque in imperatoris patrocinium exciperet. Hoc pacto omnia sedata; attamen Europae gentes plerunque timentes ne deinde graviora exsurgant inter Arabes, quae imperii pacem protinus evertant, id eaverunt passim ut navigia sua bellica

unusquisque populus ad Mauritanos sinus expeditret, qui forte ab ortis tumultibus cives suos validiori patrocinio tuerentur.

*

Sed Somalia ex Africana opposita terra belli pariter rumores non silent. Ibi post victoriam a Mahdi-Mullah falso propheta in Anglos susceptam timor innovandi belli non exsulat; itaque parantur in dies Anglicae copiae ad instaurandam pugnam.

Midi autem ex insula atque finitimis ex oris pyratae Erythraeum mare persulcent deterrentque a piscatione atque ab itineribus incolas. Mox vero in eas, Arnone navium praefecto iubente, italicum navigium profectum est, quod, immissis in mare scaphis, hostium scelestissimorum rates per sinus omnes est persecutum, aliasque missilibus in mare demersit, alias captivas reduxit.

*

Bellica quoque tum e Venezuela tum e Columbiana terra adhuc insonant. In Columbianum litus, ut tuerentur, a bellantibus deductum per fretum est ferreum iter. Americanorum copiae descenderant; at, obtestantibus praesidibus provinciarum, praefecti impetrarunt ut ab itinere copiae alienae gentis recederent; itaque oportuit longum distendere circa ferreos tristes quinque legionum agmen, quae ab omni incursione tuta itinera commerciaque protegerent. Caracas autem ex urbe nunciatum est, — si tamen est adhibenda fides — perduellum exercitus ducesque Mendoza, Motos atque Crespo, a tutis locis, quae occupaverant, esse fusos, atque inde deducendum belli civilis finem in stare. Faxit Deus!

POPLICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS.

In Anglia de expensis, quae in varia publica conmoda proximo anno erogabuntur, disceptatio producitur.

In Brasiliiana republica publicae gerendae rei a Rodriguez Alves praeside sufficti Bulhaez ut sit aerarii custos, Scabre qui domesticas res curat, Muller qui industres artes, Argolo imperator qui bellica negotia, Guelio Noranha magister navium qui maritima; Rio Braco denique qui externa.

In Germania de vectigalibus graminibus atque frugibus imponendis, quae sive in patriam immittuntur, sive emittuntur ad alios, perdurat adhuc examen.

In Iberia cedentibus loco administris, ab Alphonso rege sufficti sunt Almodovar del Rio qui cum exercitu res gerat; Puigeerver qui iustitiae reddendae advigilet, Eguiliar qui pecuniariae rei operam navet, Romanones qui publicae eruditio praesit, Amos Salvador qui operibus publicis caveat. Praeterea Dux de Veragua maritimis rebus, Weyler terrestribus addictus. Attamen, habita vix prima cum populi legatis disceptatione, Weyler dux se a munere recessurum brevi nunciavit.

In Serbia vix electi novi administris, quibus Velićovic praeverat, eum coram legatis populi constiterunt, statim, ob inimicitiam factionis cui Pagic praest, sibi suffragia deesse necessaria senserunt. Itaque redeentes ad regem a suis officiis sese abdicarunt. Rex autem, ne factio illi a Pagic ductae cederet, Markovic utriusque militiae magistrum advoceavit, eique munus novi collegii adseiscendi commisit.

SCRIBA.

LIBRORUM RECENSIO

Leonis XIII Pont. Max. Natale Praeconium, auctore ALSINIO PHANESTO. — Augustae Taurinorum, ex officina Salesiana, an. MCMII.

Carmen, habens in fronte versum « Omina laeta cano repens ab origine laudes », constat hexametris CCLV, quorum septem primi et quadraginta ingeniose referunt quae portenta illustrarint futuri Pontificis cunas, qualia vates fuisse figit et sidus in solito fulgere late coruscans, et apum examina super infantis labellis, et ipsas aves mox in speciem leonis dispositas, et flammarum lambentem pueri comam in vastumque incendium crescentem. Haec dum pavidi stupent fortunati parentes, en caelitus demissus senex adstat in limine, qui abdita de puero pandit et prodigia illa quo spectent edisserit. Omina haec reliquo carmine continentur, ubi acta praecepua Leonis attinguntur, quorum memoriam nulla delebit « annorum series aut fuga temporum ».

A confertissimo poetarum vulgo, qui ad tanti Pontificis praeconia impares vires attulerunt, haud exiguo intervallo secerni Alsinius Phanestus videtur, sive quod is ordini saltem ac perspicuitati consulat, sive quod numerorum artem apprime calleat, versus condens vel religiosis auribus non iniucundos. Quin etiam, Vergilio plenus, eius versibus ac sententiis ita redundant, ut aliquando prudentis imitatoris opus exceedat. Quo factum arbitror, ut parum caelestis nuncii personae caverit, quum illum, quasi morti obnoxium, sic loquentem induixerit:

*O mihi tot liceat vitam producere in annos
Incoluem, quantum sat erit tua dicere facta:
Non me derinet pleno vel Pindarus ore...*

Carmeni prait operis titulus, in quem illud irrepsit: « Auctore Alsinio Phanesto », grammaticis non probatum, ut videre est in I. B. Gandino ad voc. « Auctor ». Habet altera pagina inscriptionem Augusto Pontifici; tertia effigiem Eius verissimam. Proxima carminis est « Nuncupatio », versibus XL, quorum elegantia et suavitas ad reliqua degustanda lectorem facile invitant.

P. ANGELINI.

AENIGMATA

I.

Vox eadem Hyblaem volucrem signoque nigrantem, Nili potores quem coluere, bovem.

II.

Syllaba prima mihi longa est, correpta secunda: Roboreus stipes sto bene fixus humi. Correpta prima produc mihi posteriorem: Sum stagnum; ripis nutat harundo meis.

FR. PALATA.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

LOLLIUS

SIVE

DE PROVECTA LATINITATE.

Aenigmata an. V, n. XIX proposita his respondent:
1) Malle-olus; - 2) El-em-en-tum.

Ea rite soluta miserunt:

F. Arnori, Mediolano. — E. Burg, Argentorato. — Rich. Malotta, Stararies. — Ant. Lassota, Sutrio. — Ios. Gust. Grünes Sch. Piar, Nicolsburgo. — V. Hertel, Mendhusio. — Ios. Walter, Neo Eboraco.

Sortitus est praemium

RICHARDUS MALOTTA,

ad quem missum est opus, cui titulus:

LEONIS XIII P. M.

NATALE PRAECONIUM

AUCTORE

AL SINIO PHANESTO.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis Phil. Cuggiani.

NSIO

Praeconium,
ae Taurinorum,

« Omina laeta
onstat hexame-
quadraginta in-
rint futuri Pon-
rit et sidus in-
examina super
speciem leonis
ri comam in va-
ace dum pavidi
dmissus senex
pandit et pro-
na haec reliquo
ia Leonis attin-
ebit « annorum

i ad tanti Pon-
runt, hand exi-
nestus videtur,
uitati consulat,
calleat, versus
nifundos. Quin
ac sententia ita
toris opus exce-
caelstis nuncii
norti obnoxium,

n annos
cere facta:

in illud irrepit:
maticis non pro-
ad voc. « Au-
tonem Augusto
mam. Proxima
s XL, quorum
tanda lectorem

ANGELINI.

signoque ni-
[grantem],
vem.

cepta secunda :
umi.
eriorem :
ndo meis.
R. PALATA.
gmatis inter-
moderatorem
us, sortitus,
LLINI opus,

E.
respondent:
-tum.

orato. — Rich.
os. Gust. Grünes
sio. — Ios. Wal-

urisperitus.
ggiani.

CONSTANTINI PISONI

MAGNA OFFICINA

CANDELIS VAPORE CONFICIENDIS

ab anno MDCCCLIII constituta


ROMAE IN ITALIA

Corso Vittorio Emanuele 127-129
et Via de' Sediari 1, 2, 3

nuperrime

in stabili mercium osteatu Lutetiae Parisiorum constituto
aureum nomisma retulit,
eliusque possessor equestri dignitate est exornatus,
fide sic addita
praestantissimum hoc esse de re Italianum opificium.

Cereas faculas ad noctem comparat templis et familiis necessariae, plurimorum iudicio, qui per orbem universum eas acquisive-



runt, ex omni parte perfectas, quippe quae parsimoniam cum vivida luce, cum salubritate et muniditie apprime coniungant.

Involucra habentur ad 50, 25, 12, 6 faculas apta.
Vitreæ ad faculas minimo pretio veneunt.

Ad publica solemnia faculae peculiares suppeditantur.

Res per omnes orbis regiones nullo iubentium
impedio exportatur.

PER ORBEM

QUI ultimas oceani undas post extremum meridianalis Ameriae caput forte persulant, qui inde ad aeterneæ glacie regna agilibus proris appropinquant, nunc heic, nunc illie, quasi evanescenti spectro eidemque circumueunt, navi *Sanctae Margaritae* nomine, sese occurrisse passim declarant, monstrumque quasi amentis duecis impulsu aut insuetu satis molimine per horrida maria tamquam iniquo fato iactari. Quid?

Abhinc annos duodecim navis illa prospero itinere Patagonum portum *Iquique* appulerat. Ioannes Orth, magnus Austrorum dux, eius dominus, imperium eo usque dalmatico comiti suo Saie, atque magisterium omne navis libens concederat; sed morae diurnae *Iquique* illo in portu Ioannes impatiens, quadam die inopinato iubet iterum navem velis malisque instrui, fubet tormentis bellicis coronari, dum

in dies a navium praefectis alienigenis de Polinesianis insulis notitias fusas crebrasque requirit. Quo vero iter pararet nemo sciebat; cum ecce quadam die Saie, navis, uti diximus, praefectus infirmatur. Tunc honesta missione, et non sine diviti praemio, tam ipsum quam nautas omnes, quos secum duxerat, Ioannes dimisit: novosque ex americanis barbaris delectu recepit. Eorum opera brevi navi parata, data sunt vela vento, data salutatione nulla, nullo nuncio, quo tenderetur iter.

Ex illo die de vita gestisque Ioannis nihil iam amplius innotuit; et cum passim omnes suspicantur eum atque socios deserta in insula quadam Polinesiana adhuc vitam trahere omni auctoritatibus imperio solutam, navis eius per maria illa plerunque deserta vagari dicitur. Quae voe his diebus sunt renovatae: Paichewic enim dalmata nauta, qui cum eo fuerat, post missionem acceptam, diu de domino, sed frustra inquisivit: haec, Belogradum ad amicum, recens scripsit.

Num ipsi nos perfugam principem ultima per ora sequemur? Sed pulveris densissimae nubes, atraque caliginis nox horrenda atque turbo nos convolvent, obcoecabunt. Ab intimis enim Australis terrae desertis ventus atrox, tempestasque aquilonis late insufflans, omnem arenam, omnem cinerem pulveremque undique colligit, pertrahit, ad caelum effert, perque circum maria, quasi tenebrarum velaria devolvit. Insolutum visum! Nubes primum, terrore colore fucata, longe a mari eminet, crescit, brevi solis faciem occupat, radios paulatim omnes adimit, urbes, sata, pagos nocte horrenda opprimit. Plenam diem dum elepydræ significant, vagantur cives facibus instructi; at paulatim decidit ecce nubes atque solo appropinquat, extemplo quasi resoluta in pluviam, subtili quidem, at densa, at immuni quasi rubigine vias complet et plateas, domos per fenestras ingreditur, spiritum anhelitumque ori interdicit; nisi quis eito convolet ad medium, paene suffocat.

Melbourne in urbe tanta copia congesta est in itinere, ut tramites ferrei passim occupati, transitusque vehibus impossibilis fieret; navium prorae in portu pulvere omnino compleuntur, litus per viginti millia passuum stratum obrutumque nova facie visum est. Nec satis metuenda enim spectacula pluviam rubiginosam passim comitata sunt. Ignei quasi globi ex electridis flammis coagulati per aethera transcurrunt; cumque vix enitescere rursus videtur caeli facies, tunc repente rubra quaedam lux, ruberque splendor latissimus occupat aërem; sunt enim adhuc suspensa per aethera subtilissimae pulveris vestigia, volatilia atque levissima, quae, adverso sole, rubro illo fulgore, incendii maximi instar, coruscant.

At non longinquo sane ignis est. Samoa ex insulis Savaii nomine est litus, quod medium tenet Apia mons ignitis visceribus candens, furescens. Hie extemplo vomere minas truculentas iterum coepit, voces edere et mugitus tonitruum similes, flamas eructare altissimas, fumo atrisque nebulis temerare caelum, aquas Phlegetontis obscuras pariter atque fumantes pleno flumine iactare, pulvere et cinere emissâ obruerre oppida circum.

Rem non persequimur, nisi ut animadvertemus obiter, quae Turkestania barbaris contigerere. Terra motum dicimus, qui concussit orientales illius populi regiones, qui Kasgar urbem exacto iam mense paene diruit, qui recens oppida circum multa solo aquavit, qui tot homines ruinis obruit, qui ad hodiernum usque diem non quievit. Eius motuum signa atque agitationes ad Caucasum usque montem pervenere, ac Bersergue oppidum, Tangarog ab urbe non longe situm, ad montis radices subversum est.

Incendia vix memorem, cum ea exarserint iam notissima ubique, Orleanum ditissimas aedes, oppidumque Sieresnense, Franckii comitis dominium in Gallia, absumentia. Ex negligientia, non dolo malo, non crimen, oborta infortuniavidetur. At quis non lugeat Franckium illum comitem miserum ipso in lectulo, dum quieti indulget, flamma vorante combustum?

Hoc non contigit, fauste quidem, Orleanidi principi, qui longe plerumque patriis ob oris ducit itinera; attamen pretium non leve tabularum, sive signorum, sive optimarum omnium suppellectilium, aedium aulis corruentibus, flammae vorarunt. Damnum profecto ingens, quod numquam, testor, pauper feret

VIATOR.

LE LAUDI LATINE
E
IL CANTICO DEL SOLE
DI

S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello, praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur *laudes latinae* cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, et illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Canticorum* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime alii subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* comparandam, Iulius Salvadori, litteris tradendis docto egregius, maxima editid cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administratorem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

PHILIPPUS VITI Eques

MARMORARIUS

ROMAE - Via Alessandrina N. 51, 52 - ROMAE

Affabre sculpit quae sunt ad simulacra, altaria, sacella, aediculas, uti patet ex operibus erectis aut refectis in Basilica Lateranensi, Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina, Eudoxiana, etc.

FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 X 0.24)

qui sociis commentarii *VOX URBIS* dono datus est,
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

 IBER (vulgo "ALBUM")
praecipua Urbis referens, pulcritudine insignis atque, commen-

tarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse conflatus, apud eundem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87,
ven. lib. 1.50.

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes idib. Novembr. an. MCMLII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus, quod de negotiis Ecclesiasticis sit; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.